Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

secundum carnem Collecta Deus qui nos redem-
Ad pri cap Gaudete et laudate simul deserta urbis
quia consolatus est dominus plebem suum. Collecta Con-
cede quesumus omnipotens deus ut qui subpecto iugo de salvato
quatuor temporum Ad mat oratio Deus qui hanc sa-
cratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione
claresce da quesumus ut cuius lucis misteria in terra cogno-
uimus eius quoque gaudiis in celo perfruamur. Ad
Ad prima cap Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis Oratio Con-
cede quesumus omnipotens deus ut nos unigeniti tui noua per
carnem nativitas liberet quos subpecti iugo vetusta
seruitus tenet per. Ad iii. Multifariam multisque
modis olim deus loquens patribus in prophetis nouissime
diebus istis locutus est nobis in filio suo quem constituit
heredem vniuersorum per quem fecit et secula Ad iii Cap
Renouamini spiritu mentis vestre et induite nouum
hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et
sanctitate veritatis. Ad ix cap Vbi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum
sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret ut adop-
cionem filiorum reciperemur Alius Apparuit gratia
saluatoris nostri dei omnibus hominibus erudiens nos ut ab-
negantes impietatem et secularia desideria so-
brie et pie et iuste viuamus in hoc seculo. Alia Apparuit
benignitas et humanitas saluatoris nostri dei non ex ope-
ribus iustitie que fecimus nos sed secundum suam miam
saluos nos fecit Oratio Da nobis omnipotens deus ut qui
noua incarnati filii tui lumine perfundimur hoc in nostro
resplendeat opere quod per fidem fulget in mente per.
Deus qui beate marie virginis De beata virgine
partum sine humana concupiscentia preeleguisti in filii
tui membra venientes paternis fecisti preiudiciis
non teneri pro quesumus ut huius creature nouitate sus-
cepta vetustatis antique exuamur per.